



Casparis Contareni
Patricii Veneti

**DE REPUBLICA
VENETORVM**

Libri quinque.

*Item synopsis reip: Venete, et
alii de eadem discursus
politici.*

Editio se cunda auctior.

LUGD: BATAVORVM,
Ex officina Elzeviriana.

MDCCXXVIII.

Cum Privilegio

Contenta hoc libello

R E P U B L I C A

V E N E T O R U M.

Venetici Domini ~~historia~~
descriptio è variis authoribus
collecta.

II. Caspari Contareni Patricii Ve-
neti de Republica Venetorum, libri v.

III. Synopsis Reipublica Veneta, au-
ctore Ioanne Cotovico.

IV. De Serenissima Republ. Vene-
torum, deque illius Imperio & populo-
rum moribus Relatio; qua à Philippo
Honorio fuit edita.

V. De Potentia & Aerarii Veneto-
rum copia aut inopia ex Gallic. S^r. D.
T. V. Y. & aliis.

VI. F. Leander Albertus de incremen-
tis Domini Veneti & Ducibus ejusdem.

VII. Series Ducum Venetorum &
brevis annotatio eorum qua sub ipsis me-
morabilia contigerunt; ex Iustiniano
& aliis collecta.

VIII. Variorum Iudicia de Republica
Venetorum.

IX. Regimen Civile magnifica Civi-
tatis Verona.

X. De Claris Viris Reipubl. Veneta
ex F. Leandro Alberto.

I.
VENETI DOMINII
CHOROGRAPHICA
DESCRIPITIO.

DOMINIUM Venetum in Italia, tres integras provincias cōplectitur, Marchiam Tarvisinam, Forum Iulium & Istriam. Lombardiæ itē Transpadanæ partem, Territorium nimirum Brixienſe, Bergomenſe & Veronenſe; deniq; Cremam in regione Cenomanorū. Finitimos habet ab Oriente partim Archiduces Austriæ, partim Adriaticum mare; à Septentrione eodem Austrios & Tridentinos; nec non Rhætos; ab Occidente Mediolanensem Ducatum; eundemq; etiam à Meridie, cū Mātuano & Ecclesiastico Dominio.

Marchia Tarvisina quæ à Tarvisio nomen accepit, olim Marchionum domicilio, ab Occidēte clauditur Mintio, Benaco & Sarca fluv. à Septentrione Montibus Taurisanis; ab Oriente Timavi ostio & Hadriatico mari; à Meridie Athesi & Paludibus Melarianis & Brigantinis. Regio est (ut inquit Leander) pernobilis & lauta, ditissimis oppidis, urbibusq; splendidissimis nitens,
indi.

tum arx ædificata, per fugium aduersus
piratas, in qua præfectus vix cōmodam
habitationem habet. Hæc è Bellonio.

Sudæ port⁹ (inquit Paruta lib. ix. Hi-
stor. Venetę) capacissimus est & securus
admodum, & jam quoq; munitissimus,
postquam Veneti scopulo, qui portus
ostio objacet, arcem munitissimam &
pene inexpugnabilem superstruxerunt.
Canea civitas (inquit idem) antiquitus
Cidonia dicta, & opportunitate & pul-
chritudine, ob amœnitatem agri & vi-
cinitatem portus, & frequentia inco-
larum, inter principales regni civitates
sēper fuit habita; & magno labore nec
minori industria à Venetis permunita.

II.

CASP. CONTARENI

Patricii Veneti

*De*R E P V B L I C A
V E N E T O R V M.

LIBER PRIMVS.



SÆPENUMERO animad-
verti cōplures advenas, pru-
dētes homines, nec bonarum
artium ignaros: quum primū
Venetias venissent, ac amplitudinem
ejus

tus ex ordine Cælestinorum 1432. quem dein anno 1450. Pontifex Max. Eugenius IV. Patriarcham Venetiarum & Primate[m] Dalmatiæ dixit, translata huc Gradenſi Eccleſia Patriarchali, ac illa dignitate tributa Venetis. Primus igitur is Patriarcha factus eſt anno poſt Chriſti nativitate[m] 1450. Secuti deinceps hi :

II. Maphæus Contarenius Venetus ex ordine Cæleſtinorum 1451.

III. Andreas Bondelmerius Venetus ordinis Canonicorum regularium 1460.

IV. Gregorius Corrarius Ven. 1465.

V. Ioannes Barotius Venetus 1465.

VI. Maphæus Gerardus Venet. ſodalitatis Camaldulorum, poſtea Cardinalis 1466.

VII. Thomas Donatus Venet. ex ordine Prædicatorum 1492.

VIII. Antonius Syrianus Ven. Monachus Carthuſianus 1504.

IX. Ludovicus Contarenius Ven. inſtituti Cæleſtinorum 1508.

X. Antonius Contarenius Ven. ſodalitatis Scopetinorum 1508.

XI. Hieronymus Quirinus Ven. ex ordine Prædicatorum 1524.